



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XVII Quod sancta Hierusalem caelestis ex parte aeterna sit, & ex parte
captiuæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

LIBER PRIMVS.

cor & anima vna, & erant illis omnia cōmunia.
Ita in illa summæ pacis visione multitudini credenti
um dēum erit cor & anima vna, diligendi ac laudan
di eum, cuius se gratia viderint esse saluatos, & ibi ve
raciter erunt omnibus oīnia cōmunia, quia sicut A-
postolus ait, erit Deus oīa in omnibus. Ibi bēs quicū
que fuerint vnum corpus erunt, & singuli de sua &
de singulorum felicitate gaudebunt. Hæc est vera &
beata unanimitas sanctorū angelorum & hominū
beatorū in illa perpetua regione, quibus est una uo
luntas gloriam regni Dei dicere, & potentiam uirtu
tis eius eloqui.

r. Cor. 15.
Prosp.

Quod sctā Hierusalē cælestis ex parte
æterna, & ex parte captiua sit. Ca. XVII.

SAncta Hierusalem cælestis ex parte æterna, & Aug.
ex parte captiua est. In angelis æterna, in homi
nibus captiua. Non enim omnes illius ciuitatis
ciues captiui sunt, sed qui inde peregrinantur ipsi ca
ptiui sunt. Homo cuius est Hierusalem, sed uenit
sub peccato factus peregrinus. Sicut enim populus
ille de terra Hierusalem in captiuitate ductus est in
Babylonia, & post septuaginta annos rediit ad ciui
tatem suam. Septuaginta anni significant omne
tempus quod septem diebus euoluitur. Ita cum
transierit omne tempus tunc redimus & nos ad pa
triā nostrā æternā Hierusalem, ubi sunt ciues
nostrī Angeli, ab ipsis nostris peregrinamur in ter
ra. In peregrinatione suspiramus, in ciuitate gau
debimus.

b v